

115

Reverendo in Christo patri et domino Torchillo  
 Revaliensi episcopo. Hermannus Dei gratia  
 Torpatensis Episcopus, cum charitatis affectu  
 salutem perpetuam et presentem. Supplicavit  
 nobis pietatis vestre paternitas, quatenus  
 jus, quantitatem et modum Synodaliū pro-  
 curationum, quas nobis in Diocesi nostra  
 exhiberi facimus, literis vobis nostris sigilli  
 nostri impressione signatis subdistingueve  
 et scribere studeamus. Novit itaque paternita-  
 tis vestre sanctitas, quod a nostris hanc re-  
 cipimus procurationem, de duobus uncis unum  
 Kulmet siliginis, de quatuor uncis unum Kulmet  
 tritici, de quolibet unco unum Kulmet avena, de  
 duobus uncis unum pullum, de viginti uncis u-  
 num plastrum feni, percipimus. Decensu autem  
 seu de annona iam superius memorata, carus  
 seu alia ad usum nostrum et expensas necessaria  
 preparari facimus et operari

Faint handwritten text in a historical script, likely Latin, covering the majority of the page. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side.